



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

4. Fvit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ  
in remissionem peccatorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**



ANTIDOTA  
EVANGELICA  
IN EVANGELIVM  
SECUNDVM MARCVM.

CAPVT I.

4. Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans ba-  
ptismum pœnitentie in remissionem peccatorum.



O VELLA & profana, Christique Ecclesiæ ha-  
etenus incognita hæreticorum hodie senten-  
tia est, Sacraenta verbo prædicationis sicut  
coniuncta, ut nec absque eo administrati  
debeant, & ab eo omnem suam vim atque effi-  
ciam accipiant. Id quum nusquam vel Ecclesia tradat, ne  
Scriptura doceat, ex huius loci corruptela probate con-  
tentur. Sic igitur in hæc verba Caluinus. *Hæc loquendi forma*  
(prædicans baptismum pœnitentie) *primum in genere ostendit*  
*quisnam rectus Sacramentorum usus: deinde quorsum sit in-*  
*stitutus baptismus, & quid contineat. Sacramentum igitur non*  
*est muta ceremonia, que pompam nescio quam sine doctrina*  
*ostentet, sed habet verbum Dei annexum, quod externam ipsum*  
*ceremoniam viuiscat. Verbum intelligo non quod magicis sus-  
surris exorcista quispiam demurmuret, sed quod clara & dis-  
ta voce pronuntiatum ad fidem edificandam valeat. Hæc eli-*  
*nouella istorum hominum sententia. Verbi prædicationem*  
*externam adiungi Sacramento volunt, idque ita, ut illo ver-  
bo externa ceremonia viuiscetur. Verbum autem quod Cal-  
uinus hic reiecit veluti *magicis susurris ab exorcista quopiam*  
*demurmuratum, est ipsum Christi verbum baptismi ceremo-  
niae eo auctore coniunctum, In nomine Patris & Filii & Spi-  
ritus Sancti. Hæc verba externo aquæ elemento coniuicta*  
*que qui baptizat inter baptizandum pronuntiat, ex Christi*  
*mauditio dicentis. Baptizantes eos in nomine Patris & Filii*  
*& Spiritus Sancti, vocat homo impius magicum susurrum**

à mini

à ministro baptismi veluti exorcista demurmutatum. Ita auctore Caluino magicos susurros præscripsit Christus; & suos Apostolos veluti exorcistas verba magica demurmutantes, ad baptizandum instruxit. Hæc est prophana hominis & nimis ferenda impetas. Nec enim aliis verbis ministribaptismi in Ecclesia Catholica utuntur. Et hæc quidem verba Euangelica à Christo instituta externam aquæ ceremoniam viuificant: hæc veluti forma ad materiam aquæ accedunt, ut tale quid sit aqua sacramentalis, & ad regenerationem spiritualem efficax. De hoc verbo Euangelico ait S. Augustinus: Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua? Quid autem sit illud verbum quo accende ad elementum fit Sacramentum, alio in loco clarissimè explicat. Deus (inquit) adest verbis Euangelicis suis, cœtra Domine quibus baptismus Christi consecrari non potest. Et paulo nat. lib. 6. post: Quis nesciat non esse baptismum Christi, si verba Euangelica, quibus symbolum constat, illic defuerint? Verba Euangelica dicit, quibus symbolum constat, quia hoc symbolum fidei profitentur baptizandi, Credo in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum. Quæ ne ex coniectura dicta videantur, ipse seipsum explicabit Augustinus. In eodem opere Lib. 3. ita scribit: Si Euangelicis verbis, In nomine Patris & Filii cap. 15. & Spiritus Sancti, Marcion baptismum consecrabat, integrum erat Sacramentum, quamvis eius fides sub eisdem verbis aliud opinantis quam Catholica veritas doceat, non esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata. Dilectè expressit quid per verba Euangelica intelligat, non sanè prædicationem Euangelij ad ædificandam fidem audientium, ut Caluinus somniat, sed formam verborum à Christo præscriptam ad Sacramenti consecrationem & complementum. Et contra Caluinum somnum de ædificanda fide per verbi prædicacionem, unde externa ceremonia viuisceretur, plurimum valet quod proximis verbis subiungit eodem loco doctissimus Augustinus. Nam (inquit) sub eisdem verbis, id est, In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, non solum Marcion, aut Valentinus, aut Arius, aut Eunomius, sed ipsi carnales parvuli Ecclesia, quibus dicebat Apostolus, Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, si possent singuli diligenter interrogari, tot diversitates opinionum fortassis quot homines numerarentur. Nunquid tamen integrum Sacramentum non accipiunt? Aut nunquid ideo si profecerint, & opinionum carnalium vanitatem emendauerint, deniò quod acceperant repe-

tendum est? Accipit quisque secundum fidem suam, sed quantum capit, gubernante illam misericordia Dei, de qua Apollonus dixit, Si quid aliter sapitis, Deus vobis reuelabit. Hęc Augustinus, aperitè docens Sacramenti integritatē & perfectionē non ab intelligentia & instructione audientium, sed ab ipsis verbis Euangelicis debitè retentis ac pronunciatis pendere; & verbum Euangelicum non ad fidem adificādam, sed ad Sacramentum pericēdūm ex Christi institutionē mandato proferri. Adeò verò verbum Euangelicum, quo cōsecratur baptismus, non est verbū prædicationis (vt accerimētūentur hæretici) sed forma illa verborum à Christo præsenta, In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, vt (quemadmodum scribit Augustinus) facilius fuerit inuenire hereticus qui omnino non baptizarent. quām qui non illis verbis baptizarent. Vnde in eodem opere prop̄ finem affirmat eos omnes habere baptismum, qui ubicumque & à quibuscumque illis verbis Euangelicis consecratum sine sua simulatione & cū aliquo fide accipiunt. Hac ob causam Ariani, qui æqualitatem triū personarum non credebant, suāque perfidiā in publico eantu Ecclesiæ exprimere non sunt veriti, cantantes, Gloria Patri per Filiū in Spiritu S. tamen formam hanc baptismi & verba hæc Euangelica, In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, que in diuino sit baptismate invocationem permutterentur.

*De baptis.  
contra Do-  
nat. lib. 6.  
cap. 25.  
Lib. 7.  
cap. 53.*

*Harét. fa-  
bul. lib. 4.  
Concil.  
Nic. can.  
8. & 19.*

*Epist. 23.  
cap. 5.*

*Har. 44.*

*lib. 2 de  
spiritu  
sancto.*

sunt ausi, ilque propter nimis apertam transgressionem, ait Theodorus. Eandem ob causam, quām iuxta decreta Concilij Nicæni Nouatiani ad Ecclesiam reuertentes per solam manus impositionem recipentur, Cataphryges vel Pauliani similiter reuertentes baptizari præcipierunt, huius discriminis causam reddens Innocentius Papa, Augustino cōtemporaneus, ita scribit: Hoc in ipsis diababus heresibus ita distincta ratio manifesta declarat, quia Paulianisti in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti minimè baptizabant, Nouatiani vni eisdem tremendis venerandisque nominibus baptizant. Sic Augustinus Paulianos iuxta Concilij Nicæni decretum baptizandos scribit, quia regulambaptismi non tenuerunt. Vnde & Didymus Alexandrinus vetutissimus scriptor ita scribit: Non arbitror quemquam ita insanum atque recordem futurum, ut perfectum baptismū putet id quod datur in nomine Patris & Filij sine assumptione Spiritus Sancti, aut rursum in nomine Patris & Spiritus Sancti Filij vocabulo prætermisso, aut certe in nomine Filij & Spiritus Sancti non præposito vocabulo Patris. In eandem sententiam copiosè & grauitate disputat contra

contra Arianos Athanasius. Ambrosius quoque his verbis: Serm. 3.  
*Catechumenus nisi baptizatus fuerit in nomine Patris & Filij contra*  
*& Spiritus Sancti remissionem non potest accipere peccatorum. Arianos-*  
*Denique Chrysost. exponens illa Apostoli verba. Mundas Ec-* De iis qui  
*clesiam suam lauacro aqua in verbo vita. In quos (inquit) verbos initiantur*  
*In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Hoc est ergo ex to-* mysteriis  
*tius antiquitatis consensu verbum Euangelicum, quo conse-* c. 4. Hom. 20. ad  
*cratur baptismus, & quo externum elementum viuiscatur, nou Ephes.*  
*doctrina Euangelica, vt affirmat hoc loco Caluinus.*

Quod autem affirmit, videamus quomodo ex hoc loco  
 confirmet. Non enim (inquit) simpliciter Ioannes baptizasse  
 dicitur in pœnitentiam, ac si gratia Dei in signo visibili inclusa  
 esset, sed prædicasse qualis esset baptismi utilitas, ut ex verbo præ-  
 dicato efficax esset signum. Hoc autem peculiare est baptismus,  
 quod symbolum pœnitentie dicitur in remissionem peccatorum.  
 Nam quum eadem baptismi illius significatio, vis, & ratio fuerit  
 que nostri, se figura à sua veritate estimatur, falsum diuersos es-  
 se Ioannis & Christi Baptismos. Aduertere operæ pretium est Grauiissi-  
 quām tenui ac futili argumento grauissimum & constantissi-  
 mum Ecclesiæ Catholicæ dogma iste hæreticus conuellit. Ec-  
 Maximi momenti dogma est, Sacramentorum nostrorum  
 vim ac naturam cognoscere, & in quibus ea vis ac natura gumento  
 consistat, exploratum habere. Ex materia certi elementi, & conuellit  
 verbo veluti forma, quo accedente ad elementum sit Sacra- Caluinus  
 mentum, tanquam ex duabus necessariis partibus completi  
 & perfici quodque Sacramentum, credidit haec tenus Ecclesia  
 Catholica, & in Concil. generalibus ita res dudum definita est,  
 Concilio Florent. ac Trident. Contrà aiunt hæretici verbum  
 prædicationis illud esse quod accedens elemento facit Sacra-  
 mentum, vel (vt Caluinus hic loquitur) quod externam cere-  
 monium viuiscat. At rem tantam ex qua natura Sacramen-  
 torum dependet, in qua totius Ecclesiæ Catholicæ iudicium,  
 praxim, ac fidem (ut ex tot antiquitatis testimoniis circa unū  
 baptismum, de quo hic locus tractat, iam ostendimus) sibi ad-  
 versantem habent, quo tandem arguento probat Caluinus?  
 Quia (inquit) dicitur Ioannes prædicasse qualis esset baptismi  
 utilitas, ut ex verbo prædicato efficax esset signum. At ubi hoc  
 dicitur, aut quæ Scriptura hoc dicit? Dicit hoc loco Mar-  
 cus, dixit & Lucas, quod Ioannes baptizans prædicauit ba-  
 ptismum pœnitentie, sed eum prædicasse qualis esset baptismi  
 utilitas, idque in eum finem ut ex verbo prædicato signum  
 esset efficax, nec Marcus, nec Lucas, nec vila via Scriptura di-

*Duo mendaciam Scripturæ Euangelicæ affinxit Caluinus. Ioannes quidem baptizauit aqua, prædicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum: id est, quibus prius præputia affin dicauerat baptismum penitentiae (est enim ordo inuersus, ipsi agnoscunt hæretici) & quos prius exhortatus fuerat ad pœnitentiam, (dicens, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, unde & confitentes actus suos ab eo baptizabantur) similique ad suum baptismum, in signum pœnitentiae & nouæ vitæ; idque in remissionem peccatorum, id est, ut nec per illum baptismum, nec per illam prædicationem, sed per Christum, quem Ioannes prædicabat, & per Christi baptismum ad quem ille suos præparabat, remissionem peccatorum conseruerentur (Ioannes enim, ait in Actis Paulus, baptizauit bap̄tismo pœnitentia populum, dicens, in eum qui veniurus esset post ipsum ut crederent) illos baptizauit. Docuit ergo & prædicauit Ioannes, nec quæ esset baptismi sui utilitas, sed quæ finem eos baptizabat, & ad cuius rei significationem nec ut ex illa prædicatione aqua eius esset efficax ad remissionem peccatorum. Nec prædicatio nec baptismus Ioannis ipsam remissionem peccatorum contulit, sed utrumque ad Christum præparauit, à quo acciperent remissionem peccatorum, idque digiro illis Christum demonstrauit. Hic est Agnus Dei, hic est qui tollit peccata mundi. Ego baptizo vos in aqua: hic est qui baptizat in Spiritu Sancto, id est, in cuius baptismio Spiritus Sancti remissionem peccatorum largitur. Sicut hic de baptismio Ioannis Marcus ac Lucas, sic de ipsa Ioannis prædicatione loquitur Zacharias. Præibus ante faciem Domini parare vias eius ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Dedit scientiam salutis plebi prædicando in remissionem peccatorum, non quia prædicatio eius remissionem peccatorum conferebat, sed quia ad illam consequendam à Domino, cuius viam parabat, suos auditores informabat. Sic Ioannis prædicatio cum suo baptismio coniuncta, non ad aliquam baptismi sui efficaciam quod ad remissionem peccatorum, sed ad populi instructionem faciebat; ut illa externa ablutione intelligerent se veteris vita pœnitentiam agere, & nouam resipiscientiam profiteri, ad remissionem peccatorum ab illo consequendam, qui baptizaret in Spiritu, idque verè peccata remitteret. Quod ergo subiungit Caluinus, peculiare esse baptismum, quod symbolum pœnitentiae dicitur in remissionem peccatorum, de baptismo Ioannis verum est sensu quo dictum est, de baptismo Christi verum*

*Ioannis baptismus quo sensu pœnitentia baptismū prædicabat*

*A&.19.*

*baptismo pœnitentia populum, dicens, in eum qui veniurus esset post ipsum ut crederent) illos baptizauit. Docuit ergo & prædicauit Ioannes, nec quæ esset baptismi sui utilitas, sed quæ finem eos baptizabat, & ad cuius rei significationem nec ut ex illa prædicatione aqua eius esset efficax ad remissionem peccatorum. Nec prædicatio nec baptismus Ioannis ipsam remissionem peccatorum contulit, sed utrumque ad Christum præparauit, à quo acciperent remissionem peccatorum, idque digiro illis Christum demonstrauit. Hic est Agnus Dei, hic est qui tollit peccata mundi. Ego baptizo vos in aqua: hic est qui baptizat in Spiritu Sancto, id est, in cuius baptismio Spiritus Sancti remissionem peccatorum largitur. Sicut hic de baptismio Ioannis Marcus ac Lucas, sic de ipsa Ioannis prædicatione loquitur Zacharias. Præibus ante faciem Domini parare vias eius ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Dedit scientiam salutis plebi prædicando in remissionem peccatorum, non quia prædicatio eius remissionem peccatorum conferebat, sed quia ad illam consequendam à Domino, cuius viam parabat, suos auditores informabat. Sic Ioannis prædicatio cum suo baptismio coniuncta, non ad aliquam baptismi sui efficaciam quod ad remissionem peccatorum, sed ad populi instructionem faciebat; ut illa externa ablutione intelligerent se veteris vita pœnitentiam agere, & nouam resipiscientiam profiteri, ad remissionem peccatorum ab illo consequendam, qui baptizaret in Spiritu, idque verè peccata remitteret. Quod ergo subiungit Caluinus, peculiare esse baptismum, quod symbolum pœnitentiae dicitur in remissionem peccatorum, de baptismo Ioannis verum est sensu quo dictum est, de baptismo Christi verum*

*Ioan. 1.  
Matth. 3.*

*Luc. 1.*

rum non est. In Christi quippe baptismo præcedit pœnitentia præparans ac disponens, & sequitur baptismus efficiens & conferens remissionem peccatorum. Hunc ordinem primus Christianorum baptismus nos docuit; Petrus quippe prædicatione peracta, & animis audientium ad fidem & pœnitentiā compunctis, ipsisque interrogatibus. *Quid faciemus, viri fratres?* respondit Petrus, *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.*

Atqui, ait Caluinus, idem est baptismus Ioannis ac noster. Vnde verò hoc constat? Nam (inquit) quum eadem sit baptismi Ioannis significatio, vè, & ratio que nostri, falso sum eß diuersos esse Ioannis & Christi baptismos. Ecce tertiâ absurdissimam, & torius antiquitatis vñanimi consensu reprobata, ex simplici suppositione probat. Supponit eandem esse significationem, *Caluinus* vim, & rationem baptismi Ioannis & nostri: & inde concludit *impudenter* non esse diuersos. Sed quod pro comperto supponit Caluinus, *tia.* hoc negat diuinitus inspirata Scriptura, hoc negat omnium veterum Patrum & concors sententia. Patrum concordē sententiā in Prōptuario nostro Catholico produximus. Agnoscit eam Caluinus, & contemnit. *Neminem* (inquit) perturbet *Aduentus* quod alterum ab altero, baptismum Ioannis à Christo discernebitur. *Institut.* lib. 4. c. 15. re veteres Patres contendunt, quorum non tanti nobis debet esse *narr. 7.* se calculus, ut Scriptura certitudinē quatefaciat. Proferet igitur nobis aliquam Scripturam Caluinus, cuius certitudinem iste veterum Patrum consensus quatefaciat. Subiungit, Nulla enim alia è verbo Dei differentia inuenitur, quam quod in eum qui venturus erat, Ioannes baptizat: Apostoli in eum qui iam se exhibuerat. Hæc ille impostor mēdax. Impostor, quia prætextu Scripturæ aliud docentis Patrum vñanimem sententiam *Differētia* reiecit. Mendax, quia quod de Scriptura ipse affirmat, purum *tres inter* mendacium est. Ecce enim duas aut tres alias ex verbo Dei *baptismus* differentias proferimus. Primum, quam ipse Ioannes *Christi &* disserit posuit. *Ego baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui* *Ioannis.* autem post me venturus est, qui fortior me est, &c ipse baptizabit *I.* vos in Spiritu Sancto & igni. Maxima hæc est differētia quod *Matth. 3.* baptismus Ioannis non fuit in Spiritu Sancto sicut Christi *Luc. 3.* baptismus: quod adeo verum est ut baptizati à Ioanne ne quidem an Spiritus Sancti esset audinerint, ut in Actis Apostoli *Act. 19.* eis proficerentur. Rursum, baptismus Christi, quem Apostoli ministrabant, fuit in nomine Sanctissimæ Trinitatis, ut Christus illis præcepit. Baptismus Ioannis cum illa invocatione & forma non fuit. Alioqui eius discipuli & ab eo baptizati Spi-

ritum Sanctum ita penitus non ignorassent. Præterea bapti-  
 mus Ioannis, ipsius Ioannis proprius erat, & ab eo nuncupa-  
 Marth. 11. tus, sic loquente ipso Christo: *Baptismus Ioannis utrum de ca-*  
*lo erat an non?* Apostolorum & Ecclesiæ Christianæ baptis-  
 mus, nec Petri nec Pauli baptismus, sed Christi dicitur: quia  
 per illos omnes non nisi unus Christus baptizat. Sic alias res  
 ex verbo Dei differentias inuenimus, & nequiter mentitus  
 Caluinus est, vt vnaminem veterum Patrum sententiam sub  
 mendacio prætextu Scripturæ aliud docentis homo peruvicax reijcere.  
 totā Anti- Sed hæc est hæreticorum hodie impostura: Patrum conser-  
 quitatem sum se reijcere aiunt, quia plus Scripturæ deferendum. Re-  
 rejcit Cal- autem examinata, non plus Scripturæ, sed plus suis propriis  
 uinus placitis ac phantasmatibus deferunt. Denique autem Scripturam  
 non proferunt, aut suo fermento illam corrumpunt. Nec tunc  
 quæstio est, an propter Patrum calculum Scripturæ certitu-  
 do quarefacienda sit, sed quæstio est an in sensu Scripturæ  
 incerto propter nouellum cuiuslibet hæretici sensum, veterum Patrum vnaminis consensus reiiciendus sit. Postremo  
 quæstio est uter melius Scripturas intellexerit, unus Caluinus ac Beza, quam unus Augustinus tótque alij antiquissimæ Ecclesiæ celeberrimi ac doctissimi Patres. In qua quæstione si nouellis magistris deferimus, surgent & alij novelli (sicuti post Lutherum surrexit Caluinus) qui idem postula-  
 bunt. Ita nouo cuiuslibet doctrinæ vento perpetuè circum-  
 feremur. Sed id ne fieret, Pastores & doctores dedit Ecclesiæ  
*sue Christus, ad consummationem sanctorum,* id est, ad con-  
 borationem fidelium; nec id ad breue tempus, sed donec eu-  
 curramus omnes in unitatem fidei (id est, donec impleantur  
 tempora Gentium:) ut iam (ab his doctoribus & pastoribus  
 instructi) non simus parvuli fluctuantes, & circumferamus  
 omni vento doctrina per nequitiam & astutiam hominum ad  
 circumuentiōnē erroris.

### I. Pœnitentimi, & credite Euangelio.

In Harmo. **H**AEC verba duplici cauillo conatur eludere Caluinus  
 ad Marc. I. Quare (inquit) potest quum ex Euangelio pendeat pœne-  
 tentia, cur eam Marcus ab Euangelij doctrina separat. Primum  
 non Marcus, sed Christus hæc verba dixit. Deinde Caluinus  
 pœnitentiam ab Euangelij doctrina non separat, vt singulus  
 Caluinus; sed ad fidem Euangelio præbendam, seu ad creden-  
 dum Euangelio, viam ac præparationem necessariā esse por-  
 nitio